



*Io. Guiliel. Anglus  
in tract. rei tesserae.*

Vti aureus elephas, & incedens in muricata parmula: quæ est ELPHINSTONIORVM, in Regno magnæ Britannia.



Aureus draco, insistentis tumulo coloris prasini, intra parmulam ostro expictam: atque is est VVORMSDORFIORVM in Brunsvigia. Cum diademate insuper aureo, est SCLAVIAE tessera, intra insignia REGIS CIMBRORVM.

*Marcus Gilbert.*

*Io. Iacob, Chifflet.*



*Seit. 3. c. 13.*

Cuius etiam abscissam proboscidem auream, Ioannes Guilielmus proponit, in areola molochini coloris.

Est insuper, cur antra sua, suasque cæcas latebras, Draco Serpentum Rex deleat, honorarias iam nobilium virorum tesseras, non minus quàm olim signa cohortium Romanarum, decoraturus. Sit autem ex hoc genere.



Aureus item draco, pariter virenti solo inhaerens, atque auro diadematus, intra scuti valuulum cyneû, est in Vrbe Roma familiae DEL DRACO.

*M. S. ex Musæi Romanis.*



Versus



Versus laevam autem expictus draco aureus, in valuulo eiusdem coloris cyanei, est Romae pariter familiae à CASTRO.

M. S. ex Musaeis Romanis.



Argentus draco, cum diademate lingua & vnguibus auratis, est DRACENFELTIORVM ad Rhenum.

Jacob. Chiffle.



Aut draconem aureum, in prasina ima regione, scuti supernè aurei, & ab summo dirempti, cum vacerra muricata utrobique impressa: quæ icon gentilitia est familiae CUEVAE in Hispania.

Io. Iacob. Chiffle.




e guelles ara gon naiffant r.

Exoriens, seu dimidius draco aureus, in conchyliato scuti valuulo, est in Vrbe Roma familiae BONCOMPAGNAE.


hös. Ciaccon. Vita & Rebus his Pontif. & Cardinalium.

Cum omittam hoc loco, seu differam potius, aut draconem aureum BURGHESIORVM, in alucolo sapphirini coloris, cum tessera Imperij superne: aut draconem prasinum, ab aquila punicea infesum, intra parmulam argenteolam: quæ fuit olim tessera partium GVELPHARVM. Non omiserim saltem,



Aut dracunculos ternos aureolos, expictos in balteo veneto, succincto aureis laciniolis, intra parmulam ostro saturatam; quæ in Vrbe Roma est familiae VIPERESCHAE.

M. S. ex Musaeis Romanis.




Addo



Addo ijs dracones duos prasinos ad-  
uerfos ambos, atque in puteum puni-  
ceum despicientes, intra parmulam  
auream: hi verò sunt familiae à PY-  
TEO. Pergo ad icones alias.

*Alphonf; Giaccon.*

Gryps tabulosa fera, & semi-aqui-  
la, semique leo, etiam ipse orna-  
mentum adfert telseris gentilitijs.  
Occurret verò.



Nunc denuò aureus, sed in pullata  
parmula: est autem FIRDENHEIMEO-  
RVM in Alsatia (ist tamen alis caret)

*Wappenbuch.*



*De gueules au  
gryphon d'or armé  
membre du mes-  
me.*

Nunc aureus, in aruo scuti puniceo,  
cum rostro & cruribus perinde au-  
reis; est autem TRELON-CAVCHONIO-  
RVM in Gallia.

*Insignia Aurato-  
rum Equitū Spi-  
ritus Sancti.*



Nunc argenteus, ac versus laevam  
incitatus, in area scuti punicea; atque  
est ODORSHYORVM in Silesia.

*Idem.*



Nunc aureus etiam, sed in glauco  
scuti laterculo: atque est insigne

*M.S. ex Museis  
Romanis.* PERVSIAE



Nunc iterum argenteus, sed sine alis,  
& spirans ignem, ex ore naribus au-  
ribusque, in parmula virenti; atque  
est telsera STIRIAE.

*Io. Jacob. Chi...*

Nunc



Nunc puniceus , seu in valuulo scuti aureo , atque is est Romæ GRIFFIORVM, RIVERIORVM-QUE in Regno magnæ Britanniæ : seu in valuulo scuti argenteo , cum rostro cruribusque auratis: atque est telsera POMERANIÆ .

*A. S. ex Musæis Romanis.*

*Marcus Gilbert.*

*Jacob, Chifflet.*



Nunc sabuleus , seu in aureo scuti alveolo , atque is est ALBRECHSTEINIORVM in Bauaria ; conuersus autem in laeuam est GREIFFENIORVM in Silesia .

*VVappëbuch. seu liber tesserar. Gentilitiar. Imperij actotius Germ.*

Seu in solo alterius metalli , cum rostro & cruribus aureis , estque ibidem SEHEFOLDTIORVM .

*Idem.*

Pinguntur deinde gryphes quandoque etiam , aut bicolores :



Nunc cyaneus, auro tamen vngulatus rostratus & diadematus, in argentea scuti areola : est verò Lucæ in Ethruria familiæ FRANCIOTÆ .

*A. S. ex Musæis Romanis.*



Cuiusmodi est gryps semi-puniceus, & semi-prasinus , in scuti valuulo aurato ; atque hæc tessera est AVVERGNIAE .

*D'or, au gryphon de gueulles, coupé de sinople.*

*Marcus Gilbert.*



De gueule; coupé  
d'argent, au gry-  
phon coupé de  
l'un, en l'autre.



Marcus Gilber.

Aut alternant iubar cum area ipsa; quemadmodum gryps semi-argenteus; & semi-puniceus, in parmula ab latere intercisa, & supernè punicea, internè autem argentea: hæc verò est icon tesseraria BOMPARTIORVM in Delphinatu.



Wappenbuch, seu  
liber tesser. Gen-  
tiliar. Imperij,  
ac totius Germ.

Sed forma sit magis inusitata, no-  
uamque monstri speciem præfert,  
gryps alius ater, exutus alis, atque in  
pilcem squamosum desinens, intra  
scuti aream argenteolam; simul  
enim aëream, simul terrestrem, &  
marinam feram induere videtur. Est  
autem schema MESTICHEORVM in Si-  
lesia.




D'azur à troi-  
s gryphons couron-  
nés d'or.

Marcus Gilber.

Ordinarij tamen gryphes terni au-  
reique, cum aureo item redimiculo,  
in veneti luminis alueolo, sunt LAV-  
BESPINEORVM in Gallia.


Denique gryphis pedes etiam fi-  
gurantur interdum, in ijs gentilitijs  
tesseris.



D'or à deux pa-  
tes de gryphon  
gueulles, ongles  
d'azur, posées  
contrebande.

Vti pedes eius gemini, loco baltei  
læui, exarati ex ostro, cum vnguibus  
ex glasto, in lutea parmula; quæ est  
BOVRDEILLEORVM in Gallia.

Insignia Auro-  
ræ Equitum Sp-  
ritus sancti.



Terni

Terni eiusmodi pedes, & bini quidem in supera, tertius in ima scuti regione, auro expicti, in aruo smaragdini coloris, sunt in Gallia BVADEORVM: totidem atrii, cum unguibus puniceis, in puniceo parmula solo, sunt ibidem GRAFFAREORVM.

De hac autem icone gryphis symbolici solùm insinuauerim, eam pingi semper erectam, & plerumque cum alis; caudam verò humi reperire, posticis tibijs implexam. Sed propero ad feras alias, & ordine singulas magis præcipuas, quæ supersunt, enumero.

Monoceros, in hanc pompam rei tesserarum, plerumque exit erectus, atque insiliens, leonum instar.

Argenteus monoceros, in parmula eiusdem luminis puniceo, est KREISELLIORVM in Austria. Idem versus læuam incitatus, in eodem scuti valvulo, est POSTOLSKYORVM in Silesia, & REIGORVM in Imperio. Et cum unguibus cornu coronaque inauratis, est GALLENSTEINIORVM in Stiria.

*Wappenbuch*

*Marcus Gilbert.*


*Wappenbuch.*

*Idem.*



Argenteus & versus læuam insiliens monoceros, in parmula omnino atra, est NVSDORFIORVM in Bauaria.

*Marcus Gilbert.*



Monoceros perinde argenteus, eoque situ expictus, in pagina sapphirini coloris, est PARCHVITZIORVM in Imperio, & VALDENFELSIORVM in Franconia.

*Wappenbuch.*

*Idem.*



*Insignia Auratorum Equitum Spiritus sancti.*


*Marcus Gilbert.*

*La licorne.*

*Wappenbuch.*

Vti aureus monoceros, in punicea parmula, quadris tesseralis aureis & puniceis prætextata: atque is est COMMERSTATORVM in Misnia.





Puniceus monoceros, in argenteo scuti alveolo, est BRAVNERIORVM in Marchia. In laeuam autem conuersus, & insistens prasino trimontio, est KNESEBECKENIORVM in Brunsvugia.

VVappenbuch, seu liber tesserar. Gen. militiar. Imperij, ac totius Germ.

Idem.



Ater monoceros, in scuti laterculo aureo, est HVCHTEBROVCHIORVM in Vvestphalia.

VVappenbuch seu liber tesser. Gent. militiar. Imperij, ac totius Germ.



D'or à la licorne contournée palée d'argent & de gueulles.

Sed & pulchro ac singulari schema-

te, in laeuam assultans monoceros apparet, totus argento atque ostro, in modum tesserariae vacerrae, virgatus intra parmulam coloris veneti: quae est SCHIRAVVIORVM in Silesia.

VVappenbuch.



De gueulles à la licorne d'or, losangée à la moitié du corps de sable, & d'argent.

Cui haud est magnopere absimilis aureus monoceros, qui dimidius est, rhombis tesserarijs, furuis argenteisque scutulatus, in valuulo conchiliato: atque haec est icon gentilitia POPPELAVIORVM item in Silesia.

Marcus Gilbert.

Fit etiam monoceros quandoque assidens, & interdum insuper gradiens.



À la licorne seant onglée, armée d'or.

Vti monoceros furuus, sedensque in aruo scuti argenteolo, cum vngulis & cornu auratis. Est autem HARLINGORVM in Regno magnae Britanniae.

Jo. Guliel. Anglus

Argen-



*A la licorne al-  
lant ou passant.*

Argenteus monoceros gradiens, in muricata parmula, cum auro in vngulis & cornu, est MUSTERTONIORVM in eodem Regno.

*Io. Guilielmus.*



Vti aurei tres, in castij coloris areola; & sunt CIRIERORVM NEVFHELLESIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



Similis verò gradienti est monoceros argenteus, qui in prato virenti pascitur, intra scuti alveolum cyaneum, cum comete aureo ei superfulgente: est autem hæc tessera icon CRISPIORVM in Vrbe Roma.

*M. S. ex Musæis  
Romanis.*

Gradiles quoque fiunt monoceros; cum plures numero, parmulas hæc honorarias implent.



Totidem argentei, in pullato scuti alveolo, cum aureo tamen cornu, sunt FARRINGTONIORVM in Regno magnæ Britannia.

*Io. Guiliel. Anglus.*



Attri eodem numero impare, in parmula argento illusa, sunt CLAIRAVNAYORVM in Gallia.


*Marcus Gilbert.*

Gemini




est VRHAVSENIORVM item in Suevia;  
& in laevam respectans KROTENDOR-  
FIORVM in Bauaria.

*VVappenbuch, seu  
liber tesserar. Gen-  
tilitiar. Imperij,  
ac totius Germ.*



Gemini monocerotes tamen, ex  
metallico eodem, quos ambos interce-  
dit balteus, scutulis orthogonijs, au-  
reis puniceisque, triplici serie tessel-  
latus, in parmula glasto expicta, sunt

*Marcus Gilbert.* CHARPENTIERORVM in Gallia.




Seu fabuleus, atque infernè etiam  
sanguine rorans, in argentei nitoris  
parmula, est PESOKHOFERORVM, ite-  
rum in Bauaria.

*Idem.*



At monoceros dimidius, seu aureus  
in glauco scuti laterculo, est CROA-  
RIORVM in Suevia.

*VVappenbuch, seu  
liber tesserar. Gen-  
tilitiar. Imperij,  
ac totius Germ.*



Seu argenteus quidem, sed insuper  
auro diadematus, infertumque  
annulum aureum efferens cornu  
perinde inaurato, in muricata par-  
mula; est autem stemma gentilitium  
SCHONDORFIORVM in Bauaria.

*Idem.*

Postremo & sola monocerotis ca-  
pita prodeunt in his tesseris scuta-  
rijs:


Seu argenteus, in solo scuti coccineo,

Vti



Vri aureum eius caput, in ima cus-  
pide parmulae puniceae, quam velu-  
ti alluit mediam fascia vndosa, ex  
eodem fluens metallo: est verò icon  
gentilitia **RIBIERORVM** in Gallia.

Marcus Gilbert.




Argentea tria monocerotum capi-  
ta, seu in solo scuti coccineo; & sunt  
**SHELLYORVM** in Regno magna Bri-  
tanniae: seu etiam in eo solo scuti  
caeruleo, & sunt **AVANTAGEORVM** in  
Gallia.

Guliel. Angl.

drian Morliere  
libro Antiqui-  
tatum Ambiani.

Vrsus, cuius solertia insignis est,  
etsi tamen amentiae similis videtur,  
interest ipse pariter his familiarum  
tesseris, & erectus plerumque in eis  
figuratur.



Ita fabuleus vrsus, in aurata parmu-  
la, est **BERNSTATORVM** in Suevia. Cum  
eodem autem instructu coloris ac  
metalli (nisi quod praeterea insitat  
tumulo, aut cliuo puniceo) est **BERN-  
FELSIORVM** in Helvetijs. Conuersus  
in laeuam, insiliens & fabuleus, in ar-  
uo eiusdem metalli, est **BERSTEINIO-  
RVM** in Misnia, & **TEERORVM** in Thu-  
ringia. Cum loro ad collum inau-  
rato, oculisque & exserta lingua pu-  
niceis, est **ESSENIORVM**.

Vvalpenbuch, seu  
liber tesserar Gē-  
tilitiar. Imperij,  
ac totius Germ.

Idem.

Idem.

Idem.

Io. Iacob. Chiffle.



Bini vrsi erecti, & aduersi ambo, in  
parmula luminis veneti, sunt **VR-  
SEOLORVM** Venetijs.

M. S. ex Musais  
Romanis.





Vrsus in laevam incitatus, ferensque argenteam bipennem, in parmula auro constricta, est HACKLOHERIORVM in Bauaria.

*Wappenbuch.*

At reperitur etiam, in his parmulis symbolicis vrsus gradiens.



*Idem.*

Vti ater vrsus, versus laevam incedens, cum aurea numella, in valvulo metalli argenteoli: atque est BEERNEORVM in Vvestphalia.

Gradienti etiam similis est, vrsus perinde ater, & catenatus ad columnam argenteolam, in parmula auro constricta, cum tessera Imperij supernè, in apice scutario. Est autem hoc stemma gentilitium CAESARINORVM in Vrbe Roma, quod alibi à nobis delineabitur.

*Alphös. Ciaccon. in Vita & Rebus gestis Pontif. & Cardinalium.*

Lupus tesserarius, olim Marti lacer, & Romanis, nempe martiali populo, perfamiliaris domi forisque:

præsertim quia Romulum ac Remum Urbis Conditores lupa lactauerat: hic inquam lupus, pingi solet nunc erectus, nunc gradilis, nunc etiam accubans.



*Au loup rampant d'or.*

Ita lupus aureus, exsiliens quidem, in muricata parmula, est LOMBES-VERDALLEORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*Au loup passant en allant.*

Incedens autem, ac perinde aureus, in scuti valvulo cyaneo, est LVPIORVM pariter in Gallia.

*Marcus Gilbert.*



*Au loup rampant conourne.*

Argen-




Argenteus, in scuti areola omnino atra, & erectus, est Romæ familiæ ALTOVITAE. Versus lævam autem incitatus, & in solo scuti puniceo, est VVOLFFIORVM in Franconia.

M. S. ex Musais Romanis.

VVappenbuch.



RVM in Saxonia. Profiliens autem versus lævam est VVOLFFERSDORFIO-*VVappenbuch.* RVM iterum in Misnia. In argentea dein parmula, cum imposito ei diademate insuper aureo, est VVESTER-*Idem.* NACHIORVM in Sueuia.



Cyaneus erectusque, & solis dentibus puniceus, in aurato scuti alucolo, est AGOVLTIORVM in Gallia. Versus lævam autem expictus, in area obliquè ab angulo dextero lecta & superne aurea, inferne vndulis argenteis tribus impressa, cum diademate aureo, est VVOLFFVRTIORVM in Sueuia.

Insignia auratorum Equitū Spiritus sancti.

VVappenbuch.

Expictus eodem situ, & eodem panno veneto lupus alius, in aruo metalli argenteoli, est VVICHSENSTEINIORVM in Franconia.


Idem.



Sed incelsu feruntur, aut bini & punicei, in solo aurei metalli, & sunt GVLDENBOCHIORVM in Brunsvigia, *Idem;* OSORIORVM, ac VILLALOBIORVM, in Hispania Lusitaniaque. *Alphons. Lopes de Haro.*

*Idem;*

*M. S. ex Musais Romanis.*



Aut bini & sabulei; seu in areola auro conspersa, & sunt in Hispania familiæ CARDENAE, seu in areola eadem argento illusa, & sunt ibidem familiæ DE HARO: auroque punctim inusti, sunt ibidem familiæ DE AYALA. *Alphonsus Lopes* *Idem.* *Idem.*

*Alphonsus Lopes*


*Idem.*

*Idem.*

Nigris villis amictus, & cum natiuis exuuijs, in parmula lutei fulgoris, est ENDEORVM in Misnia, VVOLFFEMIO-

Idem.






Sabulei perinde & gradiles, in argentea scuti areola, sed cum traiecta inter eos punicea instita, sunt

*VVappenbuch, seu liber tesserar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*


**KLEISTIORM** in Saxonia.

Exarantur interdum etiam, cum arrepta mordicùs præda. Ex quo sunt genere



Alius erectus, & sabulo aspersus, in argenteo scuti alueolo, inserta cervicibus suis cornua cerui, cruore manantia circumferens, est **VOLF-FRAMSDORFFIORM** in Misnia.

*VVappenbuch, seu liber tesserar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Lupus coloris atrii, argenteumque anserem ore efferens, in scuti valvulo inaurato: est autem icon gentilitia **BRANDSTEINIORM** in Misnia. Quemadmodum alter aureus, & versus lævam exsiliens, cum adsimili præda, in conchyliatò scuti laterculo, est **BADENHAVSENIORM** in Suevia.

*Idem.*

*Idem.*



Alius item sabulo expictus, præposito situ, nempe in lævam incitatus, & qui ex galericulo epomidis, ostentat anserem argenteum, in miniata parmula, est **LEIPOLTZIORM** in Hassia.

*Idem.*



At


At in aurata parmula lupi duo gradiles, ouemque singuli argenteam, rictu prehensam, reiectamque in humerum referentes, sunt familiae

*Io. Iacob. Chiffle.* AVELLANADAE in Hispania.




Lupa verò, in tumulo terræ prasino cubans, cum circumfuso purpureo nitore, atque aurea ipsa, ternos lupos lactentes item aureos, ad papillas habens, est in Vrbe Roma familiae

*M. S. ex Musæis Romanis.* LVPARELLAE.



Ad hæc lupi capita tria, furui coloris, & bina quidem in suprema, tertium in ima regione scuti argenteoli, sunt familiae

*Adrian. Morliere.* LOVVENCVRTIAE in Gallia.



Totidem aurea, sed circa tesserarium capreolum perinde aureum, in parmula minio fucata, sunt

*Marcus Gilbert.* BERNONIGRVM in Gallia.


Aper symbolicus etiam ipse, nunc gradiens, & nunc insiliens, in his tesseris figuratur.



*D'argent au sanglier allant de guelles.*

Vt in argæteo scuti valuulo, incedens aper puniceus; qui est

*Io. Guliel. Anglus.* TREVVARTHENIORVM in Regno magne Britanniae.





Ater verò & perinde gradilis, in eiu-  
dem metalli arcola, sed versùs læ-  
uam progrediens, est BARSCHVIT-  
ZIORVM in Misnia.

*VVappenbuch, seu  
liber tesserar. Gen-  
tilitar. Imperij, ac  
totius Germ.*



Aper erectus, in villis perinde ater,  
& in area item argenteola, sed præ-  
terea dentibus ex hoc eodem metal-  
lo instructus, est SANGLIERORVM in  
Gallia.


*Adrian. Morliere.*



Versùs læuam incitatus aper adsimi-  
lis, in parmula quidem auro con-  
spersa, est VVARTMANSDORFIORVM in  
Misnia; & in parmula argento illu-  
sa, est EBERBACHIORVM in Thuringia:


*VVappenbuch, seu  
liber tesserar. Gen-  
tilitar. Imperij, ac  
totius Germ.*

*Idem.*



Porcellulus gradilis ac fabuleus, in  
scutario apice argenteo, quem su-  
stentat instita aureola, cum ima scu-  
ti regione punicea, argento clathra-  
ta, est familiae PORCARIAE in Vrbe  
Roma.

*M. S. ex Mujais  
Romanis.*



Et in tænia aurea iusti modi, tres  
porcelluli perinde atri, in scuti val-  
uulo cinnabari expicto, sunt pariter  
in Vrbe familiae RICCIAE.

*Eadem.*




Caput

Caput magnum apri, furuum quidem villis, sed argento vittatum, in parmula auro constrata, fuit icon gentilitia ALEXANDRI II. ex nobili familia de PAEDAGIO Mediolani. Idem caput absque loro seu vitta, in alterius metalli alueolo, & cum lingua punicea, est familiae HARDENBERGIAE in Brunsvigia.


Alphonf. Ciaccon  
in Vita, & Rebus  
Regis Pontificum,  
& Cardinalium.

Wappenbuch, seu  
iber tesserar. Gen-  
tilitiar. Impery,  
ac totius Germ.



Apri capita tria punicea, in argentei luminis areola, sunt GRENSINGIORVM in Misnia.

dem.



Totidem coloris attri, in eadem argentea parmula, sunt CRADOCKEORVM in Regno magnæ Britannia.

o. Guliel. Anglus

Asultat perinde ceruus in hanc pompam, & in apparatu rei tesserae admodum est frequens. Eum incedentem pingi vt plurimum, arbitratur Marcus Gilbertus Deuarenus; atque hunc ait esse ordinarium

Parte 2. de Cer-  
no.

situm animantium illarum, quæ falcibus seu vnguibus carent. Attamen ceruos ego indiscriminatim reperio, nunc gradiles quidem, sed nunc etiam erectos.



De giseulles au  
cerf passant d'or,

Aureus ceruus & gradiens, in puniceo scuti laterculo, est SEGVIRANIORVM in Gallia: & argenteus, in eodem scuti valuulo puniceo, est CLERMONTIORVM BASSIGNYORVM pariter in Gallia.

Marcus Gilbert.

Idem.



Aureus alter ceruus, & in prasino tumulo accubans, ex quo erumpunt frumenti aristæ quaternæ aureæ, in solo scuti caruleo, est CERVINIORVM in Politiano Ethruria ciuitate. Puniceus verò, in tumulo adsimili accubans, sed sine fruge vlla, intraq; parmulam argenteolam, est HARTILIORVM in Regno magnæ Britannia.

Alphonf. Ciaccon.

Io. Gulielm. Angl.  
in trac. rei tesserae.





At ceruus exsiliens, & aureus quidem, in smaragdini coloris areola, est GISLANDIORVM in eodem Regno.

*Io. Gulielm, Angl.*



Aureus item, in parmula vetera, est KVLHLERIORVM in Bauaria; & cum tessera Imperij supernè, in scutario fastigio, est Senæ in Ethruria familiae

*M. S. ex Musæis Romanis.* DE VECCHIS.



Ceruus villis natiuis, hoc est puniceis instructus, in aurata quidem

parmula, est VALVITZIORVM in Misnia. In valuulo autem alterius metalli, est HIRSCHBERGIORVM in Franconia. Idem cum auratis cornibus, fuit vetus tessera LOTHARINGIAE; atque insuper est gentilitia icon familiae MOZCLAVIAE in Gallia. Conuersus in laeuam deinde ceruus adsimilis, est GANGENSTEINIORVM in Hassia. Sicut eo situi, sed argenteus tamen ceruus alius, in parmula luminis caesij, est TROYFFENIORVM in Misnia.

*VVappenbuch.*

*Idem.*

*Philibert, Monet in praxi rei tess.*

*Idem.*

*VVappenbuch.*

*Idem.*



Insistens etiam prasino trimontio, puniceus item ceruus ita erectus, in solo scuti argenteolo, est ETZDORFIORVM in Misnia.


*Idem.*



In eiusdem metalli parmula, ceruus denuò puniceus, ac versùs laeuam se proripiens, cum dorsuali seu stragula veste, ostro atque argento acuminata,

*Vappenbuch, seu  
iber tesserae. Gen-  
tilium Imperij,  
et totius Germ.*

minata, est **BODENDCKIORVM** in Brun-  
svigia.



*o, Guliel. Angl.*  
Terni gradiles cerui argenteoli, in  
scuti æquore veneto, sunt **GREENEO-**  
**RVM** in Regno magnæ Britannia.



*dem.*  
Punicei totidem, bini supra institam  
cyaneam, tertiusque infra illam, in  
argenteo scuti alueolo, sunt ibidem  
**ROBERTSONIORVM**.




Caput cerui puniceum, in eiusdem

metalli areola, est ibidem **TRYEORVM**. *Io, Guliel. Angl.*  
Vel caput eius argenteum, in areola  
scuti punicea, est **TREISBACHIORVM** in *VVappenbuch.*  
Halsia.



Terna ea cerui capita, argentea qui-  
dem, in muricata parmula, sunt  
**DEERENGIORVM** in Regno magnæ  
Britannia. *Io, Guliel. Angl.*  
Nigra verò in parmula  
argento illusa, sunt ibidem **BOVVE-**  
**TIORVM**. *Idem.*




Denique ceruus aureus, ex coronide  
scutaria veneti coloris exiens, cum  
cetera scuti regione, sexiès auro &  
cyano, in modum baltei, lemnisca-  
ta, est Romæ **MAFFIORVM**.

*M. S. ex Musæis  
Romanis.*

Est






Est autem hoc loco, cur ceruos comitentur damæ duæ argenteolæ, ambæ ab se inuicem auersæ, humeris commissis, in parmula omnino atra; quæ est COTTINGTONIORVM in Regno magnæ Britannia.

*Io. Guliel. Anglus*

Vulpes etiam ipsæ accersiri ad hæc familiarum decora solent, nunc erectæ, nunc incedentes.



Ita vulpes argentea & insiliens, in sapphirini coloris areola, est DOVNEORVM, in eodem Regno magnæ Britannia.

*Idem.*




Punicea & in læuam insiliens, in aurato parmula alueolo, est FUCHSENIORVM in Franconia.

*VVappenbuch.*



Eadem, sed monstro similis, & cum atra galli cauda, est LEIPTZIGERORVM in Misnia.

*Idem.*



Binæ gradiles, & ambæ argenteolæ, in scuti alueolo miniato, sunt LOVVPTONIORVM in Regno magnæ Britannia.

Totidem

areola, sunt GOVPELERIEORVM in Gal- *Marcus Gilbert.*  
lia.




Totidem, sed puniceę, auerſęque  
ab ſe inuicem, & in decuſſim traie-  
ctę, intra ſolum ſcuti argenteo-  
lum, ſunt ibidem KADROD-HARDIO-  
RVM.

*o. Guicel. Angl.*




Vel aureę, in valuulo ſcuti cęruleo,  
ſunt ibidem RENARDIEORVM.

*Idem.*



Bina etiam procurrentes vulpes pu-  
niceę, auro diademata & numella-  
te, in ſolo eiufdem metalli, ſunt  
BORCHKIORVM in Saxonia.

*Vappenbuch, ſens  
über teſſerar. Gē-  
tilitariar. Imperij,  
ac totius Germ.*




*De ſable a la bar-  
re d'argent char-  
gée de trois rei-  
nardeaux d'or.*

Vel vulpeculę aureę tres, in balteo  
leuo argenteolo impreſſę, intra par-  
mulam omnino atram; ſunt SPIEGE- *Marcus Gilbert.*  
LIORVM in Alſatia.

Ut ſeras adhuc alias ijs accen-  
ſeam, etſi aliquantulum in ijs teſſe-  
ris ſcutarijs infrequentes:



Terneę cyanę, in alterius metalli




A a a — Pan-



*VVappenbuch, seu  
liber titulus et Gen-  
tilitiar. Imperij,  
ac totius Germ.*

Panthera imbuta natiuis villis, in  
cyanea parmula, est **VWESTERHAGNIO-  
RVM** in Thuringia.



In parmula deinde omnino puni-  
cea, cum aureo margine, est **TRIE-  
BENEGGIORVM** in Stiria. *VVappenbuch.*




Eadem versùs læuam profiliens, &  
punicea, cum argenteis maculis, in  
aruo eiusdem argentei metalli, est  
**AHAIMORVM** in Bauaria.

*Idem.*




Versùs læuam autem infiliens, in  
glauca scuti areola, est **LVXENIORVM** *Idem.*  
in Silesia.



Lynx erecta, & cum genuina pel-  
le, in valuolo ab læua oblique inter-  
fecto, & supernè argenteo, infernè pu-  
niceo, est **LOSSAVIORVM** in Marchia.

*Idem.*



Castor argenteolus & erectus, in  
muricata parmula, est **HVBSCHMANO-  
RVM** à BIBERBACHIO in Alsatia. *Idem.*




Castor alius natiui coloris, seque in  
læuam



læuam proripiens, in solo parmulae aureo, est BIBRAE familiae in Franconia.

*VVappenbuch, seu liber tesserar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Castores duo gradiles, in læuam euntes, intra luteam item parmulam, sunt SCHENCKENIORVM DIPENIORVM in Marchia.

Ut ad equum veniam, generosum quidem, haud tamen ferum, is modò effrænis, & modò frænum patiens figuratur: vnoque tantùm oculo intuens exprimitur semper, quemadmodum & leo. Sed & quandoque graditur; quandoque incedere, aut procurrare videtur.



Ita equus absque fræno, surrectusque in læuam, & argento illusus, in conchyliato scuti alueolo, est vetus tessera Ducum SABAVDIAE, atque SAXONIAE.



Idem hoc ipso situ, sed sabuleus, in aureo scuti laterculo, est PFERSDORFIORVM in Misnia, & in Sueuia RENNERIORVM AB ALMEDINGEN.


*VVappenbuch, seu liber tesser. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

*Idem.*



Equus argenteus & erectus, sine fræno quidem, sed cum nigro ad pectus loro, in miniata parmula, est ZYBVLKARVM in Silesia.

*Idem.*



Idem versùs læuam se proripiens, argenteusque item in eiusdem coloris

*Idem.*

*De gualles au cheval couronné, d'or, et d'azur, et d'argent.*

*Jo. Jacob. Chiffle.*



ris parmula ; cum frēno atro , est  
HEIMENHOFENIORVM in Sueuia .



In cyaneo deinde scuti alueolo, equus  
perinde argenteus, versùs dexteram  
se ita proripiens, cum frēno ephip-  
pio & phaleris coccineis, est VVER-  
DERLORVM in Saxonia .

*VVappēbuch, seu  
liber tesserar. Gen  
i. Lib. Imperij,  
ac totius Germ.*



At gradarius equus, coloris atrī,  
cum frāno puniceo, in argentea scu-  
ti areola, est GROTENIORVM in Saxo-  
nia . Versùs leuam autem gradiens,  
cetera similis, nisi quod frēno aureo  
vtatur, est RABIELIORVM in  
Misnia .

*Idem .*

*Idem .*




Terni equi etiam, & omnes argen-  
tei, frānique expertes, quos inter  
tānia ducitur eiusdem metalli, sunt  
STAMPEORVM in Regno magnæ Bri-  
tanniæ .

*Io. Guliel. Anglus*



Sed & dimidius equus puniceusque,  
in scuti valuolo argenteolo, est THE-  
BALDIORVM in Vrbe Roma .

*M. S. ex Musaeo  
Romano.*




In alueolo autem eiusdem metalli,  
equus dimidius ater ac biceps, cum  
frāno



frano puniceo, puniceisque libis aut spherulis ei adpictis, est Romae pariter TRINCIORVM.

M. S. ex Mssis Romanis



Caput equi iubatam & puniceum, franoque nigro instructum, in argentei metalli areola, est ZOBELIORVM in Franconia.

Wappenbuch.



Atrum autem eius caput, cum iuba, & sine frano, in parmula eiusdem metalli, est PLIENINGENIORVM in Suecia.

em.




Asinus, qui Marti victima olim cadebat, extra gloriam rei nostrae tesserariae, utpote quae est praecipue militaris, esse non debuit. Pingitur ideo etiam ipse in ijs gentilitijs parmulis.



Vti asinus fabuleus, & se in leuam surrigens, intra scuti aream argento illusam: quod stemma gentilitium est RIETHELMORVM in Imperio.

Wappenbuch.



Terni vero asini gradiles & nigelli, quos intercedit fascia eiusdem coloris, in parmula argentata, sunt ASKEVVEORYM in Regno magne Britanniae.

Io. Galiel. Anglus





Asinus dimidius, versùs leuam expictus, & sanguine rorans, cum sit ipse fabuleus, in parmula item argenteola, est **HELDORFIORVM** in Misnia.


*VVappenbuch.*



Caput eius deinde furui coloris, in alueolo eiusdem metalli, est **HOCHNELLIORVM**, in Regno magnę Britannię. In leuam prospectans, & intra parmulam alterius metalli, est **RIEDESELIORVM** in Hafsia.

*Io. Gulielm; Angl.*

*VVappenbuch. seu liber tesserar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Aduersum autem eius caput, & vultu pleno expressam, cum carduo eiusque folijs ex ore ipsius pendulis, quę sunt colore prasino expicta, in aurato scuti laterculo, est ibidem **RIEDESELIORVM**.

*VVappenbuch, liber tesserar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Ne hoc loco mulam omittam, nempe asini & equę confanguineum, imo vtriusque alteram sobolem; argenteus mulus & gradiens, in parmula ostro perfuta, est **MOYLEORVM** in Regno magnę Britannię.

*Io. Gulielm.*

Dabo iam insuper bouem, bouisque coniugem vaccam, vitulumque horum prolem.



*D' hermines boeuf allant gueulles, acco d' or.*

Sit ex hoc censu bos puniceus & gradiens, in Pontici muris diphthera tesseraria expictus, cum cornibus auratis; quod est insigne **BEVILLIORVM** in Regno magnę Britannię. In parmula verò aurea, est **BOFFINIORVM**.

*Io. Gulielm.*


*Philibert, Mon. in praxi rei tes.*

RVM



RVM in Delphinatu . Aut bos adsi-  
milis , sed in atuo alterius metalli , &  
coloris prasini cliuo insistens ; circa  
collum autem argento praterea tã-  
niatus ; icon gentilitia est RINDORF-  
FIORVM in Marchia.

Vappenbuch .



A la queue pas-  
sât entre les jam-  
bes , & venüe  
sur le dos .

In puniceo autem scuti alueolo , tau-  
rus auratus , & inambulans , cum  
cauda per tibias in dorsum transmi-  
sa , est TOREAVIORVM MOLITARTIORVM *Marcus Gilbert.*  
in Gallia.

Bos perinde gradilis & puniceus , sed  
cum cyaneo capite tamen , vngulif-  
que cyaneis , in parmula argento  
illusa , est familiae CAPOFERRAE  
Romæ .

A. S. ex Musæis  
Romanis .



argët, au boeuf  
impant , accol-  
accorné, onglé  
sable.



Vache de gueul-  
les accornée en-  
gleses d'argent

At vacca punicea , in aureo scuti al-  
ueolo , est BORGIARVM in Hispania ;  
cum cornibus & vngulis argenteo-  
lis , est CHAMPOSTEORVM in Gallia .  
*Alphonf. Ciaccon. in Vita, & Rebus gestis Pontificum, & Cardinalium. Marcus Gilbert.*

Bos alius , aut fortasse taurus exsi-  
liens , & puniceus , in argentea par-  
mula , cum loro , seu numella , &  
cornibus , & vngulis sabuleis , est  
LOESELLENIAE familiae in Gallia.

Marcus Gilbert.



Vacca dein aurea , cliuum virentem  
inlacen-



M. S. ex Musæo  
Romanis.


inscendens, cui supernitet aureum  
fydus, in valuulo coloris veneti, est  
in Vibe Roma familiae TOSCANELLAE.

Bubalus argenteus, gradiens versus  
laquam, in parmula coloris veneti,  
est BRANDENBURGERORVM in Suecia.

VVappenbuch.

Ceterum spectant ad tesseras has  
proximè superiores.

A deux vaches  
passants de gueul-  
les accornees, ac  
collees, clarines  
d'azur.



Vaccæ duæ puniceæ, atque ambæ  
gradiles, cum cornibus, numellis,  
atque crepundijs cyaneis, in parmula  
auro conspersa, sunt scutaria icon

10.1 acob. Chiffre. BEARNORVM in Gallia.

Peræq; conspicui sunt vituli duo,  
in tumulo terræ prasino gradiles, &  
sibi aduersi, alter quidem cyaneus  
in semisse dextero aureoque, icuti ab  
summo dirempti, alter verò aureus  
in semisse lauo cyaneo, cum tenis  
auratis lilijs, quæ sunt fata in coro-  
nide scutaria, partim cyano, & par-  
tim ostro illusa. Atque hoc est gen-  
tilitium stemma familiae VITELLES-  
CHAE Romæ: icon eius tamen alibi  
representabitur.

Alphonf. Giaccon.

Sed vt boui bubalus etiam, qui  
ei est simillimus, accenseatur.



Bœuf naissant.

Aut bos dimidius, flexus in laquam  
aureusque, in prasini coloris areola:  
quod est schema symbolicum GOL-  
DANTEORVM in Marchia.

VVappenbuch, seu  
liber tesser. Gen-  
tilitior. Imperij,  
ac totius Germ.



A la teste de  
boeuf assrôtee ac  
cornée de sable, la  
passée de gueulles

Aut caput bouis aureum quidem, &  
omnino aduersum, cum atris corni-  
bus, & lingua punicea, in huius co-  
loris parmula: quod est MARKOVVS-  
KERORVM in Silesia.

VVappenbuch.

Argen-



M. S. ex Musais Romanis.

Argenteum deinde, in eiusdem luminis alveolo, sed tantum oblique intuens; quod est RUGIERORVM in Vrbe Roma. Et in laterculo scuti cyaneo, cum ternis perinde argenteis lilijs, ad summos angulos, atque imam cuspidem satis: quod est in eadem Vrbe SORICIORVM: sed icon hac etiam alibi figurabitur.


Eadem.



A la teste de boeuf affrontée, party de gueules d'argent.

Aut bouis caput, ostro partim, & partim argento pictum, in sapphirini coloris parmula, & utroque oculo, seu pleno vultu intuens: quod est KAPPENIORVM in Thuringia.


VVappenbuch, seu liber tesserar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.



Bouclée d'or.

Aut alterum bouis caput argenteum, perinde aduersum, auroque fibulatum ad nares, in pullata scuti areola: quod est KOLAZKOVSKERORVM in Silesia.

VVappenbuch.



Aut bubali caput, eodem positu & fabuleum, cum inserto naribus eius aureo circulo, in aurei metalli quidem alveolo; quod stemma est BERNSTEINORVM in Imperio.

Io. Iacob. Chiffre.



Bouclée d'azur.



In arcola verò, descripta fasciis ostro auroque denticulatis, cum circulo ad nares cyaneo, vittaque argenteola cornibus reuincta, & breui lemmate impressa, est Romæ BVBALORVM.

Alphonf. Giaccon  
in Vita. & Cecus  
gefus Neufpomm.  
Caracalium.




Aut fabuleum item caput bubali, cum cornibus tamen haud retortis, sed explicatis atque erectis, cum vernante item punicea rosa supernè, infernè autem cum exserta lingua perinde punicea: quæ gentilitia tessera est Romæ pariter BVBALINORVM.

M. S. ex Misais  
Romanis.

Parte 2. de boue.

Inter hæc autem, quæ recensui capita discrimen facit Marcus Gilbertus Deuarrennius; quòd caput taurorum & bubalorum, circa os else contractius & crassius toleat; inter vtriusq; cornua verò ex villis quidam quasi vertex promineat. Cùm in vaccis delit hic vertex, & oblongum os earum, minusque teres esse videatur.

Aries, qui olim similitudine saltem bello intererat, numerabaturq; inter militum machinas, nempe aptus quassandis molibus, muris subruendis, & perfringendis foribus vrbium atque castrorum; inter esse iam etiam, hisce nobilium familiarum tesseris, cum laude potest.



De gueules, au  
monton d'argent  
sommé d'or.

Ita inambulans aries argenteolus, cum auratis cornibus, in conchylia-to scuti alueolo, est VOITENIORVM A BIENECK in Franconia; & ibidem TOTTENHEIMIORVM. Si autem versus lauam ear, est ibidem etiam KOTZAVIORVM.

VVappenbuch, seu  
liber tesserar. Con-  
tiliar. Imperij,  
ac totius Germ.

Marcus Gilbert.

VVappenbuch.



Ater verò aries, ac versus lauam gradiens, prasinoque insistens trimontio, in argentei metalli parmula, est HAVSENIORVM in Sueuia.

Idem.

Exurgit tamen interdum, atque alsultat idem aries.



D'or, au monton rampant de sable


Vti ex sabulo pictus, in aurato scuti laterculo; atque is est **VIDMANIORVM**, iterum in Suecia.

VVappëbuch, seu liber tesserae Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.



Argenteus verò, & in laeuam exsiliens, supra collem aureolum, in scuti valuulo puniceo, est **RAMSPERGIORVM** in Bauaria.

Marcus Gilbert.



Sabuleum arietis caput, linguam exferens puniceam, occurrit mihi, seu aduersum & vtroque oculo in-

tuens; seu obliquum versùs dexteram; seu flexum versùs laeuam, in aruo scuti aurato; seu denuò respiciens versùs dexteram, sed in solo alterius metalli. Quas ego gentilitias tesseras, adeo parùm absimiles, recensui vel ideo; vt appareat, quàm soleant re modica serpenumero inter se familiae discriminari. Sunt enim hæc stemmata quatuor familiarum (vnius tamen stirpis) nempe **BVSSECKTORVM** in *VVappenbuch. Halia.*




D'or à la cheure rampant de sable

Capra exsiliens & sabulea, in laterculo scuti aureo, cum margine pinulato, est familiae **CABRERAE** in Hispania. In aruo alterius metalli, & cum cornibus auratis, est **MOSHEIMORVM** in Bauaria.

Alphonf. Lopes de Haro.

Marcus Gillers.



Capra exsiliens perinde, ostroque atque argento scutulata, in aureo



Marcus Gilbert, scuti alucolo, est VVESTENBERGIORVM in Franconia.



Capri duo gradiles, & in lquam euntes, pullatique ambo, rursus in crocei luminis areola, sunt BOCKIORVM à NORDHOLTZIO in Brunsvuigia.

VVappenbuch.



Hircus sabuleus, versùs læuam assultans, in lutea parmula, est STEINBERGIORVM in Brunsvuigia.

Idem.



Aureus, seq; in dexteram surrigens,

in cyanea parmula, est Romæ familiæ AB ALTEMPS. Argenteus in muricato clypeo tesserario, seu qui in dexteram feratur, atque is est PEALHEIMORVM in Sueuia, BOCKLINIORVM-QUE in Allatia; seu qui feratur versùs læuam: atque is est BOCKENIORVM pariter in Allatia.

Alphös. Ciaccio. in Vita & Rebus geitis Pontif. & Cardinalium.

VVappenbuch.

Idem.



Hircus cyaneus, cum vnguibus, cornibus, summisque labris auratis, in valculo argenteoli metalli, est in Vrbe Roma familiæ DE CVPIS.

M. S. ex Musæis Romanis.



Argenteus hircus, fascia nigella, bullis aureolis compuncta præcinctus, in scuti alucolo conchyliato, est BLVDOVSKERORVM in Imperio.

VVappenbuch.

Ater



Ater hircus in laeuam assultans, cum adpicta ei capella punicea, in solo scuti argenteo, est **ELMERORVM** in Heluerijs. Hircus argenteus, eodem situ expictus, cum atris cornibus, in caesij coloris parmula, est **GREFENDORFIORVM** in Misnia.

Aureus verò, in eodem scuti laterculo, & cum cornibus sabulo tinctis, sed versùs dexteram exsiliens, est **HOHEN-EMBSIORVM** in Imperio. Et in laeuam se proripiens argenteusque, in parmula omnino atra, est **LEVTERMANIORVM** AB **ERTINGENIO** in Suecia.




Hircus semi-argenteus, semi-puniceus, in solo ad perpendicularum dirempto, & ad dexteram puniceo, ad laeuam argenteo, est **DRACKSVITIORVM** in Misnia.

*VVappenbuch, seu liber tesserar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



Hirci tres sabulei, quorum duo sint in summa scuti regione, tertius in ima eius cuspide, intra crocei luminis areolam, sunt **VVALMOCHIORVM** in Brunsvigia.

*Idem.*



Hircus alius, in valuulo cyaneo surrectus, argenteoque & ostro scutulatus, est **BACKISCHIORVM** in Silesia.



Cum



Cum autem hi omnes sint erecti, hircus alius pulli coloris, in aruo metalli aurei, progrediens versùs læuam, est KELLERIORVM in Heluetijs.

*VVappenbuch, seu liber tesserae Gentilitiæ Imperij, ac totius Germ.*



Vt monstro demùm finiam, hircogallus ater penitus, in alueolo aurato, est KOCKORSCHIORVM in Silesia.

*Idem.*

Harum iam animantium gregi contentaneum videatur custodes fidos, nempe canes adiungere: cum & ipsi, intra parmulas nostras symbolicas, delineari soleant.



*Au leu'er passant*

Ita leporarius canis argenteus, & gradiens in aruo sapphirini coloris, est NICOLAIORVM; in aruo autem coloris puniceo, cum millo circa cololum eius cyaneo, inusto auratis lilijs, est VARENNIORVM in Gallia.

*Marcus Gilbert.*

*Idem.*



Canis furui coloris, ac procurrens in apice scutario inaurato; supra parmulam tēnijs quatuor undosis, argenteis & cyaneis exaratom, est BENZONIORVM in Vrbe Roma.

*M. S. ex Mus. Romanis.*




Canes duo, cursores perinde, sed argentei, cum aurea numella, in veneti coloris areola, sunt ALTENIORVM in Brunsvuigia.

*VVappenbuch.*



Terni versùs læuam euntes, & puniceo,

Wappenbuch,  
 cei, cum millo sabuleo, intra valuum  
 scuti argenteolum, sunt GELDRI-  
 CHEORVM in Suecia.



dem.  
 Affidentes catelli tres argentei, in  
 muricata parmula, sunt DOSTEDTIO-  
 RVM in Brunsvigia.



M. S. ex Misais  
 Romanis.  
 Canis exsiliens & argenteus, cum ar-  
 genteo millo, in scuti area semi-cya-  
 nea & semi-prafina, Senæ in Ethru-  
 ria est familiae CIAIAE. In ea verò  
 area omninò cyanea, & cum prætex-  
 ta argento & cyano acuminata,  
 canis adsimilis, cui etiam superuolat  
 biceps aquila sabulea, in scutaria co-  
 ronide aurea, est in Vibe Roma fa-  
 miliae CAVALERIAE.

Alphon, Giaccon,



D'argent au le-  
 uier de sable, co-  
 letè d'or.

Ater canis leporarius & erectus, cum  
 aurea numella, in argētei metalli al-  
 ueolo, est CANILLACIORVM in Gallia.

Marcus Gilbert.



De gueulles au  
 chien contournè  
 d'argent, colletè  
 de sable.

Versus laeam se proripiens argen-  
 teus canis, cum loro ad collum atro,  
 intra solum scuti puniceum, est  
 GRVNRODTIORVM in Misnia. Eodem  
 autem situ canis aureus, absque nu-  
 mella, in veneti luminis areola, est  
 HAVSENIORVM in Suecia,

Wappenbuch sen  
 iber tesserae Ge-  
 ntilitiae Imperij,  
 ac totius Germ.

Idem.




Coupe d'or &  
 d'azur au chien  
 contournè com-  
 pè de l'un en  
 l'autre.



At canis alius, in læuam pariter incitatus, & semi-caruleus, semi-aureus, in parmula quæ ex transuerso dirimitur, & variat iubar eius vtriusque coloris ac metalli, est HORIT-

*Wappenbuch, seu liber tesserae Gentilitiæ Imperij, ac totius Germ.*

ZENIORVM in Austria.



Cui adsimilis est canis alius semi-argenteus & semi-puniceus, grata ea vicissitudine lumen alternans, cum semisse supero atque imo, ac præterea insistentis trimontio carulei coloris: quod stemma gentilitium est ENGLIORVM item in Austria.


*Idem.*



Sed ne videatur segnis ac cessans illa, quæ ceteroqui est sagax & actiuosa canum odora vis: en offert se venaticum iuncula; dum in aruo luminis cyanei, ceruum aureum, venatici canes duo eiusdem metalli, cursu alacri confectantur: est autem hæc icon tesseraria HARDELEYORVM

*Io. Guliel. Anglus*

in Regno magnæ Britannia.



*Parti d'azur & d'argent, à deux chiens adossés del'un en l'autre accolés d'or.*

At canes gemini auersi, seu commissis dorsis, quorum alter argenteus est in semisse dextero cyaneo, alter cyaneus in semisse læuo argenteo, cum aureis ambo numellis, sunt BELLENDORFIORVM ad Rhenum.

*Wappenbuch*



*A deux chiens affrontés.*

Auersi autem canes pariter duo, seu argentei & numellati, cum astris tribus auratis, in coronide scutaria parmulae cyaneæ, sunt in Vrbe Roma VEROSPIORVM, Seu sine numellis, & cum astris quinque aureolis, ex quibus bina inter eos, terna verò alia fulgent in ima cuspide parmulae iterum cyaneæ, sunt CVCCINIORVM in eadem Vrbe. Seu canes adsimiles, qui scalam argenteam attinent, in parmula conchyliata, sunt Veronæ SCALIGERORVM.

*Alphons. Ciacci*

*M. S. ex Musæo Romanis.*

*Eadem.*

Postremò.





Postremò canes dimidij duo argenteique, & sabulo numellati, qui aduersi sunt, atque ora committunt, in umbilico areolę muricatę, sunt

MVRALMERORVM IN Bauaria.

Feles, quę tùm luce in tenebris præstant, tùm saltu & venatione domestica; sicut meritò apud Alanos, Burgundos, atque Heluetios olim in belli vexillis fuerunt; ita non incongruè iam ad nostras hæc tesseras gentilitias transferuntur.

*Wappenbuch, seu  
der tesserae. Gen-  
tilitiar Imperij,  
ac totius Germ.*




Feles duę gradiles, atque argento expictę, in parmula veneti coloris, sunt stemma CHETARDIAE familiae in Gallia. *Marcus Gilbert.*

Interim, quod superest, censum non absoluam, terrestrium præsertim ferarum, quarum pleręque incolunt nemora; nisi cornua earum etiam accenseam; nempe spolia venatorum non postrema, & quę ideo in virorum nobilium tesseras gentilitias immigrarunt.



Prisci BVRGVNDI atram felem, quæ murem perinde atrum interimit, in scuti valuulo aureo, pro icone sua sybolica gestarunt.

*Marcus Gilbert.*




Ita cornu cerui, asperatum quinis, dactilis, & in spiram reflexum, ita vt impleat scuti vniuersam aream, auro illufam, cum ipsum cornu sit tabuleum: est sybolicum stemma VOGTIORVM in Sueuia.

*Cheuille de cinq  
cornichons.*

*Wappenbuch, seu  
liber tesserae. Gen-  
tilitiar. Imperij,  
ac totius Germ.*





*VVappenbuch.*  
Cornua cerui argentea, in valuulo scuti puniceo, sunt KALDENTHALIAE familiae iterum in Sueuia.




Vel in eiusdem coloris aruo, argentea cerui cornua, dactilis duodenis cuspidata, qua aureum sydus interfulget: sunt AVRIFABERORVM in Silesia *VVappenbuch.*



*Perches de cerf chevillès de douze cornichons.*

*Idem.*  
Eadem in decussim traiecta, dactiliisque instructa duodenis, intra parmulam cyaneam, sunt DHONAEORVM in Imperio.




Ter iterata & argentea, & partim in summa, partim in ima regione scuti coccinei distributa: cum decussatis clauibus supernè in scutario fastigio, sunt Florentiæ SGDERINORVM.

*M. S. ex M. Romanis.*



Aurea eadem cerui cornua, in coccineo scuti alueolo, inter qua crux aureola coruscat, sunt fami-




*D'or à trois perches de cerf en fache.*

Toti.


Totidem sabulea, in modum fasciæ miliarum, debeant hoc loco à me referri. sunt NELLENBURGIORVM, & VIRTEMBERGIORVM in Imperio.

Io. Iacob. Chifflet.



Alterius belluæ cornua atra, cum commissa cuspide, in area scuti argenteola, sunt ELERSHOFENIORVM in Franconia.


Wappenbuch, seu Liber tessæ Gentilium Imperij, ac totius Germ.



Implexa verò in umbilico areæ, ac partim ostro, partim argento expicta, sunt RORDORFIORVM in Suevia.


Iam.

Sed-enim quia hæc ferarum cornua interdum sunt vsui, non vt eas propignent (quod vtique natura instituit) verùm vt venatoribus potiùs eas prodant atque prestituant, atque vt classicum canant clamoroso & sagaci venatorum eorundem latellio: exinde fit, vt illa etiam, appellata nimirum ad nostra hæc decora fa-




Cornet de chasse d'or, lié, sur un fond de mefine.

Igitur venatoria buccina aurata, & auro vincta seu armillata, in scuti valuulo cyaneo, est IAGERNDORFIORVM in Imperio.



Argentea, sabulo armillata, & ostro illigata, in solo scuti caruleo, est ROLLANDORVM in Gallia.

Adrian. Morlier.




Punicea, cum ornatu & vinculo auratis,




ratis, in argentea scuti pagina, est  
KOLLERORVM in Thuringia.

*VVappenbuch, seu  
liber tesserar. Gen-  
tilitar. Imperij,  
ac totius Germ.*




Cyanea, cum ligula & fibulis cec-  
cineis, est Principum AVRIACORVM  
in Gallia Belgioque.

*Io. Iacob. Chifflet.*



Buccina eadem furui coloris, ostro  
reuincta, & auro exornata, in ar-  
gentei metalli alueolo, est STAVPIT-  
ZIORVM in Milnia.

*VVappenbuch, seu  
liber tesserar. Gē-  
tilitar. Imperij,  
ac totius Germ.*




Buccina, auro & atramento scutu-

lata, simplici serie, cum aurea ta-  
men ligula, in solo alterius metalli,  
est BEBELNIORVM in Saxonia.

*VVappenbuch.*

At similis buccina, argento &  
ostro, duplici veru, tessellata, in  
veneti luminis areola, cum loro pu-  
niceo, & punicea trabecula quadri-  
fida supernè, aurata lilia tria inum-  
brante, in fastigio scutario, est Pog-  
GIORVM in Vrbe Roma.


*M. S. ex Musais  
Romanis.*



*De gueules à  
trois cornets de  
chasse d'argent  
couches l'un sur  
l'autre en pal.  
Lies & viroles  
d'or.*

Buccinae tres argentæ, inuicem su-  
perpositæ, instar pali scutarij, auro  
vinctæ & armillatæ, in parmula ru-  
benti, sunt VVEISENHORNIORVM in  
Imperio.


*Io. Iacob. Chifflet.*



Totidem puniceæ, sed cum argen-  
teis armillulis, & quarum duæ in su-  
prema, tertia verò in ima sint regio-  
ne scutarij valvuli inaurati, sunt  
HORNORVM in Belgio.


*Idem.*

Cum




Cum hæc autem sint erectæ; depressæ aliq̄ totidem, & pariter puniceæ, auro vinctæ atque eodem modo distributæ, in solo scuti argenteo, sunt IORDANEORVM in Asia.

appenbach, seu  
er tesserar. Gen.  
liar. Imperij,  
scus Germ.



Serpens aurea, in sui met spiris implexa, ex eisq̄ caput & caudam exticens, in parmula conchylata, est NATHILEYORVM in Regno magnæ Britannia.


Io. Guillem. Angl.



At rursus totidem, sed sabuleæ, ac depressæ, situ autem atque ordine suo publicam tesserariam imitantes, ostroque fibulatæ, in alveolo aurei metalli, sunt SCHLUMPFENIORVM in Heluetijs.

schlumpfen  
sunt.

schlumpfen



Boa scutaria, in modum pali sinuosa & cyanea, auroque redimita, cum emergente punctione puniceo ex ore illius, in parmula argento illusa, est VICECOMITVM Mediolani.


D'argent à la  
guir. d'or  
f. couronné d'or  
à l'éc. de gue-  
ules.

Io. Jacob. Christ.

De Colubris tesserarijs. Cap. LV.



NTERSVNT innoxia ac non viosa, his tesseris gentilitijs serpentes quoque; nec repunt perpetuò, sed adsistant quandoque etiam sursum erectæ, volumine sinuoso.




Eadem




Eadem cum infantulo ad simili, columnae argenteae auro diadematae circumphata, in scuti alueolo muricato, est **BISCIARVM** in Vrbe Roma.

*Alphonsi Ciaccon.  
in Vita, & Rebus  
gellis Pontificum,  
& Cardinalium.*



Colubri duo aurei, in caduceo compositi, intra parmulam sapphirini coloris, sunt **MERCVRIORVM** in Sicilia.

*Marcus Gilbert.*




*D'or à deux ser-  
pens couronnés  
& affrontés en  
palé d'azur.*


Totidem aduersi & cyanei, auroque redimiti, inhaerentesque sabuleo trimontio, in solo aurei metalli, sunt **ZARTLIORVM** in Bauaria. Idem absq; redimiculo, in argentea parmula, quam euinciunt fasciae duae puniceae, sunt **REFVGEORVM** in Gallia.

*Wappenbuch.*

*Marcus Gilbert.*




Praesini duo colubri, eodem situ, ac mutuò sibi aduersi, in scuti alueolo lecto ad perpendicularum, & ad dexteram aureo, ad laeuam puniceo, sunt in Vrbe Roma **NORMANDIORVM**. *M. S. ex Museo Romanis.*



*D'azur à trois  
serpens qui se  
mordent la queue  
d'argent.*

Colubri tres argenteoli, qui sibi caudam extremam mordicùs arripiunt, in veneti coloris areola, sunt **LAVZORVM** in Gallia. *Marcus Gilbert.*




Quaterni colubri, colore smaragdino

no


no expicti, in parmula argento illu-  
sa, & vacerris scutarijs tribus fabu-  
leis exarata, sunt SINIBALDORVM in  
Urbe Roma.

M. S. ex Musais  
Romanis.



Totidem aurei colubri, sed reptiles  
in modum fasciæ, circa scutarium  
decussim, eiusdem aurei metalli, in  
sapphirini coloris areola, sunt FLEV-  
RYORVM in Gallia.

Marcus Gilbert.



At in fastigio scutario muricato, hy-  
dræ aureæ tres, cum reliqua scuti re-  
gione, palis sex aureis & cyaneis  
lemniscata, sunt IOYEVSEORVM in  
Gallia.

Idem.

De Piscibus tesseraijs . Cap. LVI.



TIAM hi, nec sanè  
rari nantes in equore  
vasto rei nostræ scuta-  
riæ apparent: & pleni  
sunt heroica signifi-

catione. Seu mutos & silentarios  
eos consideres: propterquam vtique  
laudem, apud Pythagoricos fuerunt  
olim in veneratione præcipua. Seu  
vigilantiam suspicias in eis; nam in-  
dormire numquam, aut rarò & le-  
uissimè saltem ij perhibentur. Seu  
consuetudinem illam demireris,  
qua in aduersas ire semper vndas &  
fluctus, atque adeo niti contra ob-  
stantia quaque, tam in amnibus,  
quàm in mari dicuntur. Inter hos  
autem pisces Delphinus, veluti Rex  
ac princeps ceterorum, honoris sanè  
promeretur prærogatiuam: tam sunt  
præclaræ dotes eius, seu in saltu &  
pernicitate, seu in ingenio perstu-  
dioso erga nautas, & veluti quodam  
amore: cum eorum delectetur sono  
ac plausu; atque adeo alluldet læta-  
bundus, nec aliter quàm in chorea;  
si quando audiat concentum eorum.  
Itaque vt ei primas demus.



D'or, au Dauphin  
vis d'azur oreille  
barbelè & crestè  
de gueules.

Delphinus cyaneus viuus ac spirans,  
in aurato scuti laterculo, cum auri-  
culis barbulis & crista puniceis, est  
icon gentilitia DELPHINI VIENNENSIS  
in Gallia.

Marcus Gilbert.

Idem.



cisa, & in dextero semisse argenteo-  
la, in semisse laevo cyanea, sunt Flo-  
rentiæ DELPHINIORVM.


Vincent. 307.



D'or au Dauphiné  
palmé d'azur.

Idem expirans, seu hiante ore deli-  
neatus, est DELPHINI AVVERNORVM  
pariter in Gallia. Idem sed aureus,  
in scuti valuulo muricato, est item  
in Gallia COMITIS FORESTII.

Marcus Gilbert.




Mullus piscis & barbatulus puni-  
ceusque, loco sublicæ scutariæ, in  
valuulo argentei metalli, est MAR-  
CHINESIORVM in Belgio.

Jacob. Hermon.



Delphinuli tres reptiles aureique in  
veneti coloris alucolo, sunt DEL-  
PHINIORVM Venetijs.


Idem.



Totidem semi-cyanei, semi-argen-  
teoli, in parmula ab summo inter-

Lupus piscis argenteus, & in laevam  
instar hemicycli reflexus, in furui  
coloris parmula, est SCHROCKELIORVM  
in Suecia.

Vt appenbuch, seu  
liber. 2. offerat. Gen-  
tiliari. Imperij  
ac totius Germ.





Flexus



Flexus autem in dexteram piscis  
 alius perinde argenteus, in conchy-  
 liato scuti alveolo, est PESCIONIORVM  
 in Vrbe Roma.

Punicei verò, in clypeo tesserario  
 pellito hermionica diphthera, sunt  
 item in Gallia GAVCORTIORVM.

Marcus Gilbert.



M. S. ex Mujais  
 Romanis.



deux truites  
 adossées.

A deux salmons  
 adossés.

Truttæ aureæ duæ, humeris obuersis,  
 in area ostro expicta, sunt MONTBE-  
 LIARTIORVM in Gallia.

Salmones duo, commissis dorsis,  
 aureique, in solo scuti puniceo, sunt  
 in Gallia SALMEORVM.

Marcus Gilbert.



Jacob. Chiffle.

deux bars ad-  
 ossés.

Deux poissons en  
 face.

Mulli aurei duo, eodem situ, aurei-  
 que, in cyanei coloris areola, cruce-  
 lis recruciatis & in scapo imo culpi-  
 datis perinde aureis inusta, sunt BA-  
 RIORVM in Gallia.

Pisces duo argentei ac reptiles, in  
 castia scuti pagina, sunt ESTANGEORVM  
 in Gallia.

Marcus Gilbert.

signa Aurato.  
 um Equitū Spi-  
 ritus sancti.



Deux poissons en  
 pal.

Totidem erecti, argenteique, in eius-  
 dem

D d d dem




dem coloris valuolo, sunt Romæ  
**MANCINIORVM.**

*M. S. ex Musæis Romanis.*

Anguillulæ duæ cyanæ, traiectæ  
 in decussim, intra parmulam argen-  
 teolam, cum ora ex argento atque  
 ostro denticulata, sunt Romæ item  
 familiæ **ANGVILLARAE.**

*M. S. ex Musæis Romanis.*



Mulli tres argentei, instar fasciæ dis-  
 positi, in atra scuti areola, sunt  
**KVRTZBACHIORVM** in Imperio.

*VVappenbuch, seu  
 liber tessar. Gen-  
 tilitiar. Imperij,  
 ac totius Germ.*



*A trois chabots.*


Tres fluuiatiles cephalii punicei, par-  
 tim in summa, partim in ima regio-  
 ne scuti aurei, sunt **CHABOTIAE** fami-  
 liæ in Gallia.

*Marcus Gilbert.*




Truttæ argenteæ tres, iunctæ mutuo  
 annexu, in caruleo scuti laterculo,  
 sunt **TROVVTTEBECKIORVM** in Regno  
 magnæ Britannia.

*Jo. Gualtero, Angl.*



Mulli totidem argentei, commissis  
 capitibus, in medio areæ quidem  
 cyanæ, sunt **HVNSTENGELIORVM** in  
 Misnia.


*VVappenbuch, seu  
 liber tessar. Gen-  
 tilitiar. Imperij  
 ac totius Germ.*




Totidem item argentei, non ta-  
 men retorti, in parmula ostro fatu-  
 rata,

*Wappenbuch, seu  
ber tesserar. Gen-  
tiliar. Imperij,  
as totius Germ.*


rata, sunt **DORHEIMORVM** in Silesia.



Icon aurea nulli tricornis, seu qui vno sit capite, in area scuti coccinea, est **KRECHVVITZIORVM** pariter in Silesia.




Mulli autem tres, iterum aurei, iunctis caudulis, in media regione scuti punicei, sunt **KIPPENHEIMORVM** in Alsatia.



Totidem argentei, in balteo sinistro


vndulato natantes, intra muricatam parmulam, sunt **SCHENKENIORVM** A *Wappenbuch.* **SIMMAVVIO** in Franconia.



Pisces terni recurui argenteique, in sublica scutaria vndulata & sabulea, intra valuulum argento illuſum, sunt **SCHVVARTZACHIORVM** in Heluetijs.

*Idem.*


Haud incongruè piscibus hoc loco adiungam conchylia; quippe opes maris haud contemnendas, & scrinia colorum atque gemmarum.



Vti conchylium maius argenteum, in muricata parmula, sed recuruum, & quasi Tritonum baccina: est autem icon tesseraria **SCHNECKHEUSERORVM** in Silesia.

*Idem.*






Conchylium argenteum, ordinaria figuracione delineatum, in solo scuti ceruleo, est PLATHORVM in Saxonia. Puniceum in argenteo scuti laterculo, est PRELATEORVM in Regno magnæ Britannia,

VVappenbuch.


Io. Guiliel. Anglus



D'argent à trois coquilles de gueules . 2. & 1.

At conchæ marinae tres, iterum puniceæ, in solo eiusdem argentei metalli, sunt EYBEORVM in Franconia. Atrae verò, in eadem scuti areola, sunt METTERNICHIORVM in Vvestphalia.


VVappenbuch, seu liber tesserar. Gen. ziliar. Imperij, ac totius Germ. Idem.



A trois coquilles mises en bande.

Totidem rursus puniceæ, sed in modum baltei distributæ, in adsimili alueolo, sunt NEVDECHIORVM in Austria.


VVappenbuch, seu liber tesserar. Gen. ziliar. Imperij, ac totius Germ.



D'hermines à la bande de gueules chargées de trois coquilles d'or.


Aureæ totidem, impressæ in balteo ipso puniceo, intra parmulam aluta hermionica vestitam, sunt HONSCOTIORVM in Belgio.

Io. Iacob. Chiffle.



A cinq coquilles mises en sautoir.

Quinque argenteolæ, dispositæ in quincuncem, intra coloris prasini alueolū, sunt PIMENTELIORVM in Hispania. Idem.



Totidem




Totidem aureæ, in cruce simplici punicea quidem expictæ, intra argenteam parmulam, sunt HANGESTIORVM in Gallia, & VILLERSIORVM in Regno magnæ Britannia; in atra deinde Cruce exaratæ, sunt VTKERCHEORVM in Belgio: & in hac eadem Cruce atra totidem argenteæ, auream intra parmulam, sunt GRAILLYORVM in Gallia.

Andreas de Chef.

Vincentius fecit. lis Anglus.

Io. Iacob. Chifflet.


Andreas de Rye.



D'argent à deux saches de gueules accompagnées d'huit coquilles de sable 3. 2. 3.


Octies repetitæ ac sabuleæ, iuxtaque binas infitas puniceas ita constitutæ, in argentei metalli alucolo, ut primùm ternæ, mox binæ, postremò iterum ternæ distribuuntur, sunt LANGVEDONEORVM in Gallia.

Andreas de Chesne in Hist. fam. miliarum nobil. Gallia.




Sex marinæ conchulae argenteæ, balteum aureum succingentes, in muricato scuti laterculo, sunt HACCARTIORVM in Gallia.

Andreas de Chesne in Hist. fam. nobil. Gallia.




Nouenæ argenteæ, ordine suo Crucem simplicem conformantes, in area luminis veneti, à Ioanne Scoghierio referuntur.



Totidem aureæ, cum adsimili metallo & colore, tum in balteo, tum in area: nisi quod instar limbi circumponantur balteo, sunt VEREORVM in Belgio.

Io. Iacob. Chifflet.



D'azur à deux chevrons d'or charges de dix coquilles de gueules 5. & 5.



Marcus Gilbert.

Cantherij duo aurei, denis marinis conchulis puniceis inusti, in parmula sapphirini coloris, sunt CISSAYORVM in Gallia.



Satae autem absque numero & cyaneae, circa leonem puniceum exsistentemque, in solo metalli argenteoli, sunt GENEFFEORVM, & HERBAISEORVM in Belgio.

Jacob. Héricourt.

Coquilles oreillées & lignées.

Ceterum haec omnes marinae conchulae, in re nostra tesseraria, auritae semper, ac parte convexa striatae figurantur.

De Aquila Tesseraria. Cap. LVII.



**H**AEC auium nubiumque; Domina & Regina offert se cum eo primum schemate; in quo, si minus Ioui, saltem Caesari iam ancillatur, furva nimirum ac biceps.


Suetonius in Iul. Caes.

Cur vno capite contenta non prodeat; inter Scriptores id constare satis non videtur: sunt enim qui putent, eam ita pingi, ut maneat aquilae illius recordatio; quae supra caput Iulij Caesaris coruos geminos afflixit atque ad terram dedit.

Existimant alij, bicipitem aquilam argumento esse; ad vnum eum-

demque Romanum Imperatorem spectare ex aequo Imperium, tam Orientis, quam Occidentis: eamque primum usurpari ceptam à Constantino Magno: quando is Byzantio exadificato, eam alteram sedem Imperij, praeter Urbem Romam, Successoribus consecrauit.

Ita esse, equidem censeo; ac reor mihi suffragari Iustum Lipsium: dum is videlicet, de scuto illo



militari, quod Romae visitur, in Antonini columna, cum impressa duplici aquila incorporata; Quae causa, inquit? nec enim tunc duplex illud Imperium Orientis, & Occidentis: & si fuisset, non militi privato congruebat. En iudicat ipse quoque, ad Imperium utrumque aquilae capita duo pertinere. Postea ita suam sententiam subdit, de eo clypeo militis Antoniniani. Puto indicari; è legione gemella fuisse: quoniam duae velut aquilae in unum sic mixtae.

In Analectis ad mil. Rom. lib. 3. dial. 2.

Cur deinde Imperij Aquila sit furva, verbo dicam: videlicet quia hic est aquilae genuinus color; & quia hic idem color censei potest colorum aliorum potentissimus.

C. Marius quidem, cum in secundo Consulatu, abrogatis signis alijs, aquilam solam Romanae militiae

tiae



tię primus dedicavit , argenteam proposuit eo corporis nisu, quasi fulmen vibraret. Gn. Pompeius argenteam retinuit; sed eam suffudit colore cyaneo. Auream fecit Iulius Cęsar, & substravit ei colorem puniceum. Denique Octavianus Augustus expressam natio colore admauit, in alveolo aurei metalli.

Sanę in ijs coloribus haud luserit vanę aut ineptę sapientissimorum Principum æmulatio: sed latuerit proculdubio in eis victorię omen, ac significatio quędam heroicę virtutis.

Quid si C. Marius ostendere voluerit, se fulmen belli esse; dum vsus est eo symbolo aquilę fulminatricis?

Quid si Gn. Pompeius insinua-verit colore cyaneo per aerem tantum evadere posse Cęsarem ab se; hoc est à Duce, à quo terra iam victa fuerat? Siquidem primum de Africa, iterum de Europa, tertium de Asia triumphauerat: & quot partes tunc erant Orbis Terrarum, totidem fecerat monumenta victorię suę.

Cęsar contra, efferens aquilam auream, quippe metallo pretiosiore, & quę ideo argenteam superabat, quid si superandum ab se Pompeium, ea belli tessera, pręnunciare studerit? Atque adeo puniceum colorem ei substernens; quid si hoc egerit, vt profiteretur, se dimicando superiorem Pompeio futurum: quę admodum aeri superstat ignis: seque insuper omnes latę campos irroraturum sanguine copiarum eius?

Denique Octavianus Augustus, qui omnia vicit, Ianum clausit, Mundam pacavit, suum aquilę co-

lorem restituit: quo vtique constat colores alios omnes superari. Auream autem eius constravit auro: quia peperit Romano Imperio, reducta pace, sæculum aureum.

Haud sum nescius, posse dici: colorem nigrum placuisse dumtaxat, quia genuinus est: dum ceteroqui potentiam Imperij aquila exprimere alijs dotibus suis poterat: nempe falculis, volatu, & plumis, quę vtique plumas destruunt volucrum aliarum. Cum præterea eo sit ingenio; vt binos excludens pullos, vnū alat, alterumque dispellat: quasi gnara Monarchię doceat; vnum Imperij corpus debere vnus animo gubernari.

Sedenim si Marius, si Pompeius, si Cęsar in aquila consectari voluissent illa, quę ipsi congruere sponte atque à natura videntur; eam profectò, nec argenteam, nec auream proposuissent. Imperatores nostri verò numquam eandem bicipitem, qualis videlicet non nascitur, pro tessera Imperij, elegissent.

Sed quid? Bartolus Iure-consultus ait; album colorem potius, victorię symbolum videri: quoniam ab it in colores alios quoscumque; nec in ipsum ab it vicissim color vllus alius. Vt proinde arbitretur; Imperatores ac Duces olim, cum albo amictu ideo triumphum egisse.

Nihilominus ego ratiocinari contra possem: album videlicet colorem, dum extinguitur à coloribus alijs quibuscumque, & dum colorem ipse nullum extinguit, prorsus perire, vt victum. Victorię contra penes nigrum colorem esse: quia is perimit colores alios omnes, nec à colore villo



ullo vicissim perimitur: imo perennat, ut victor,

Nempe cum Tamerlanes, transgressus Taurum montem, Civitatibus Mesopotamiae, prima die praetorij albi colore propitio clementiam, si deditionem facerent; altera die praetorio rubro sanguinis effusionem, si cunctarentur; die demum tertia excidium praetorio nigro denunciabat: nonne solus color niger tunc Vrbes illas expugnabat?

Is peculiariter colorem album trahit ad se, inficit penitus, hauritque totum, ac fit eius veluti dominus. Neque sane albus amictus in ijs, qui triumpharunt, euincit ac persuadet, à colore albo perinde tum de nigro, tum de coloribus alijs triumphum referri. Siquidem consilium eius indumenti dedit sola superstitio suadens, per eum amictum posse ad animos innocentiam redire; atque ab effuso in praelijs hominum cruore, scilicet solo colore albo, Imperatores ac Duces expiari. Sed de his satis: ut ad rem nostram propius veniatur,

ma illi ex vitta, seu laciniola coloris punicei, circumponitur singulariter; aquilæ aliæ corona ordinaria solent redimiri. Illa peculiariter etiam Gallicè à Fecialibus diademata nuncupatur; aquilæ verò aliæ dicuntur potius in eo idiomate coronatæ. Ita existimat Marcus Gilbertus Deuarennius; qui arbitratur etiam, Othones aquilam cum hoc schemate extulisse primos: quando translatum ad eos Imperium est, & in Germaniam ex Gallia immigrauit. Nam anteauctis temporibus ait; Cæsares omnes, Caroli Magni Successores, vfos esse aquila aurea bicipite, cum rostris cruribus ac diademate coloris punicei, in cyanea parmula: quæ tamen aquila à pectore gestaret scutulum GALLICVM: sicut iam in pectore item gestare solet scutulum AVSTRIACVM.


Eadem aquila biceps & furua, sed cum nonnulla tamen varietate, in valuulo scuti aureo, schema & ornamentum est aliquot aliarum nobilissimarum familiarum,



D'or à l'aigle esphoyé de sable, diadème, becqué, membre de gueules.

Jo. Jacob. Chiffre.

Aquila, & biceps, & furua, ostro diademata rostrata & crurita, in parmula auro conspersa, tessera est semper augusta IMPERII ROMANI. Diade-



D'or à l'aigle esphoyé de sable.

Omninò atra & sine redimiculo, est PHILEMELLEORVM, & QVESNOYORVM in Gallia. Cum rostris & cruribus puniceis, est IMPERIALIVM Genuæ; & ROCHEBERNARDEORVM in Gallia.

Marcus Gilbe

Andreas de R.

Marcus Gilbe

Cum


Diadème, c'est à dire avec un cercle de guantes.

Couronnés.

Parte 2. cap. de Aquilis.




Cum scutulo supra pectus puniceo, stipulis ternis aureis obliquè dextrorsum virgato, est familiae PAILLAE *Io. Iacob. Chifflet* in Hispania.



Cum orbe cyaneo, aurea stellula inusto, inter utraque eius capita, est familiae CASTRIOTAE in Vrbe Parthenopæa.

*Arms de Rye.*




In solo deinde argenteo, aquila perinde biceps & sabulea, tantum auro coronata, est SANDEORVM pariter in Hispania. Auro iterum coronata, & in super rostrata, est COLIGNYORVM in Gallia. Auro tantum crurita, est BLONDELIORVM PAMELEORVM rursus in Gallia. Auro crurita, & simul rostrata, est MAQVEVILLEORVM in Gallia. Cum ostro demum in rostris cruribusque, est BGTIGNAVIORVM, & MAUREORVM in Gallia.

*Alphonf. Lopes de Haro in Nobiliario genealogico Hispania.*

*Insignia auratorum Equitum Spiritus sancti.*

*Eadem.*

*Marcus Gilbert.*



Eadem impressa puniceo cantherio, in quo videntur terna aurata lilia, est CLAQVINIORVM in Hispania. Cum redimiculo cruribusque puniceis, cyaneoque margine, confito auratis lilijs, est SALVAGNIORVM in Gallia.

*Alphonf. Lopes de Haro.*

*Philibert. Monet.*




*De gueules a l'aigle esploye d'or*

At in valvulo parmule conchyliato, aquila biceps aurea, auro diademata, est IMPERII ORIENTALIS tessera. *Io Iacob. Chifflet.* Eadem verò concessa est Florentiæ nobilibus aliquot familijs, quando

E e e ibidem


*Chargé sur la poitrine d'un escusson de gueules a trois festons de paille d'or mises en bande.*






*Vincent. Borghin.**M. S. ex Musais Romanis.**Eadem.*


ibidem Cōcilio sacro interfuit Ioannes Palæologus. Est etiam tessera familiae CARAVASCHINAE Romę, familiae CORNOVIGIAE Venetijs.



Cum adipicito autem pectori eius scutulo puniceo, aurea fasciola præcincto, est Venetijs pariter familiae IUSTINIANAE.

*Eadem.**D'azur a l'aigle esployé d'or.**Marcus Gilbert.**M. S. ex Musais Romanis.**Marcus Gilbert.*

In veneti luminis areola; eadem aquila biceps aurea, fuit ut dixi CAROLI MAGNI tessera: atque est iam COMINIORVM Venetijs: si autem super-niteant præterea stellulae aureae tres, in fastigio scutario, est VVEORVM MONTAGNACIORVM in Gallia.

*De sable. a l'aigle esployé d'arg. berquè mem. d'or.*

Argentea & biceps, cum rostris cruribusque auratis, in furui luminis areola, est ZAERVVERDENIORVM in Belgio.

*Io. Iacob. Chif.**D'or a l'aigle esployé de gueles.*

Punicea, in solo metalli aurei, est ALBIZIORVM Venetijs. In solo autem alterius metalli, est AZINCOVRTIORVM in Gallia; cum rostris & cruribus puniceis, est item in Gallia ROGEMONTIORVM.

*M. S. ex Musais Romanis.**Andreas de Ch.**Marcus Gilbert.*



Ut prodeat iam aquila ordinaria, seu unius capitis; Aurea in scuti alveolo muricato, fuit Iulij Caesaris tessera; est VIENNAE symbolum: atque insuper icon gentilitia ACOLANTIORVM Florentiae & RIETPERCIORVM in Belgio. Cum limbo inusto cuspidibus lancearum argenteis, est BEAUMONTIORVM BRESVIREORVM in Gallia.

& capulo, est SACQVESPEORVM in Gallia. *Adrian. Morlier.*

*To. Iacob. Chifflet.*

*Vincenc. Borghin.*

*To. Iacob. Chifflet.*

*Marcus Gilbert.*



*D'azur à l'aigle*

*dor.*

Aurea in glauco scuti laterculo, est vetus tessera AQUALAEIAE; est NOYERSECRVM in Gallia, PUCHOT-BRETEVILLEORVM in Gallia, sed cum coronide scutaria item aurea; ROLLMANEORVM ad Rhenum, & RYEOORVM in Belgio.

*Andreas de Ryt*

*Andreas de Chef.*

*Marcus Gilbert.*

*Vappenouch.*

*To. Iacob. Chifflet.*



*De simple à l'ai-*

*le dor.*

*Marcus Gilbert.*

Aurea, in prasino scuti symbolici solo, est BREVSANTIORVM in Gallia: rostrata deinde & crurita coccino; atq; insuper cum gladio argenteo ei supercurrente, auratisque manubrio



*De gueules à l'aigle d'argent.*

Argentea, in aruo scuti puniceo, cum aureo quidem diademate, est Genus familiae CICALAE, CLERMONTIORVM in Belgio, & ibidem familiae MONTACVTAE. Cum rostro & cruribus auratis, est SPIFAMEORVM in Gallia.

*August. Françon.*

*Iacob. Héricourt.*

*To. Iacob. Chifflet.*

*Marcus Gilbert.*



*De gueules à l'aigle d'argent, couronné becqué, membre d'or aus ailes: onz bet de mesme.*

Cum diademate insuper aureo, & aureo alarum vinculo, est Regia POLONIAE tessera. Cum rostro & cruribus cyaneis, lingua verò falcis que aureis, est COLIGNYORVM in Gallia.

*To. Iacob. Chifflet.*

*Philibert. Monet.*



D'azur à l'aigle  
d'argent couron-  
né becqué mem-  
bré d'or.




VVappenbuch.  
Marcus Gilbert.  
Idem.

Idem.  
Andreas de Ryet

Idem.

Argentea, in sapphirini coloris val-  
uulo, est ARMANSBERGIORVM in Ba-  
uaria, IAREORVM, & ROVSILLONIO-  
RVM in Gallia. Cum diademate,  
rostro, & cruribus auratis, est in In-  
subria PRINCIPVM ESTENSIVM. Cum  
lingua punicea, rostro & cruribus  
auratis, est AQUILAE familiae in His-  
pania, & AQUILANAE VRBIS in Regno  
Parthenopæo. Cum diademate, ro-  
stro, & cruribus muricatis, est fa-  
milia GAETANAE in Vrbe Roma.

De sinople à l'ai-  
gle d'argent.



Iacob. Héricourt.

Andreas de Ryet.

Argentea, in solo parmulae virenti  
est BARCHONIORVM, & LEVOIRORVM in  
Belgio; cum rostro autem, cruribus  
& falcibus puniceis, est ALIDOSIORVM  
in foro Cornelij.



De sable, à l'ai-  
gle d'argent.

Argentea, in parmulae nigrore, auro  
rostrata & crurita, est ADELHAVE-  
NIORVM in Bauaria; cum aureo insu-  
per diademate, est HELDRVNGENIO-  
RVM in Imperio.

VVappenbuch, seu  
liber tesser. Genti-  
liar. Imperij, ac  
totius Germ.

Io. Iacob. Chifflet



D'or à l'aigle  
guenilles.

Punicea, in aurato scuti alveo; seu  
glasto nobilis in solis cruribus, est  
ROCHEFORTIAE familiae in Belgio, Iacob. Héricourt.  
Genus autem familiae SAVLIAE. Seu August. Francon.  
in cruribus simul & rostro ita expi-  
cta; cum aerea margine nubiloso, ex  
argento & cyano; atque est FVRSTEN-  
BERGIORVM in Imperio. Seu rostrata  
& crurita colore prasino; atque est  
PRAYEVXIORVM in Gallia. Seu cum  
rostro & cruribus atris, atque est Bri-  
xię, familiae MARTINENGHAE. Io. Iacob. Chifflet.

Marcus Gilbert

Andreas de Ryet





chargé d'un croix  
d'azur.



D'argent à l'aigle  
d'azur.

Vel cyano utrobique illusa, cum  
imposito quasi iugo, trifida lacinio-  
la cyanea, supra ceruices atque alas  
eius: est autem BVSNIORVM in Bel-  
gio.

Rob. Bvsniorvm.

Cyanea, in laterculo metalli argen-  
teoli, cum puniceis cruribus, est  
SANCT-ANDREANAЕ familiae in Del-  
phinatu. Diademata verò, & ro-  
strata, & crurita ostro, cum lunula  
in pectore, argento atque iterum  
ostro, duplici serie scutulata, est tes-  
sera CARNIOLAE.

Marc. Gilbertus.

Chargé sur la  
poitrine d'un  
croissant echiquet  
d'argent & de  
guenilles de deux  
traits.

Jo. Jacob. Chifflet.



D'argent à l'aigle  
d'azur.



D'or à l'aigle de  
sinople.

Punicea rursus, sed in solo alterius  
metalli, expers quidem cuiuscumq;  
alterius pigmenti, est BERGIORVM ad  
Rhenum. Auro rostrata crurita &  
alas utraque illigata, est BRANDE-  
BURGI PROCERVM in Imperio. Redi-  
mita, rostrata, & crurita metallo  
aureo, cum impressa in pectore eius  
aurea lunula liliata, est in Imperio  
pariter PROCERVM TIROLENSIOM.  
Seu auro item rostrata & crurita,  
cum celsa scuti ora, leuis nummis  
Byzantinis aureis inulta, est in Gal-  
lia TRAJANORVM.

Wappenbuch.

Jo. Jacob. Chifflet.

Chargé sur la  
poitrine d'un  
croissant fleury  
d'or.

idem.

Marcus Gilbert.

In auro scuti aureo prasina, cum ro-  
stro & cruribus coccineis, est MON-  
THERNERORVM in Regno magna Bri-  
tannia: cum ijs membris deinde sa-  
buleis, fuit ROBERTI DVCIS Aquita-  
niae, atque HVGONIS Ducis Burgun-  
dię. In valulo tamen alterius me-  
talli, & cum rostro cruribusque coc-  
cineis, est BRVNEACHIORVM in Al-  
latia.

Marcus Gilbert.

Philibert. Monet.

Wappenbuch.





D'or à l'aigle de  
sable.

Alphonf. Ciaceon.  
Vvappenbuch

Marcus Gilbert.  
Idem.

M. S. ex Musais  
Romanis.

Jacob. Héricourt.  
Marcus Gilbert.

Io. Jacob. Chifflet.  
Idem.

Idem.

Vvappenbuch.

Furua in aureo scuti alueolo, sed nullo alio schemate notabilis, tessera fuit PARTIVM GIBELINARVM; atque est icon gentilitia insuper BAMBELIORVM in Austria, BILLOENTIORVM in Marchia, CHARLETIORVM Lutetia; familia à Rvpe alibi in Gallia, & in Hispania familia STRADAE. Eadem ostro pedata & rostrata, est ALPHENIORVM in Belgio, BOISIORVM, & MARIGNYORVM in Gallia. Auro redimita rostrata & crurita, est in Umbria familia MONTEFELTRIAE, familia à PICO in Insubria. Et cum addito pectori eius scutulo aureo, fasciaque in eo punicea, ternis muricibus argenteis quinquorum acuminum inulta, est SPINELLORVM in Vrbe Parthenopæa. Vel tantum auro ad pectus torquata, & alioqui penitus nigra, est FULLENIORVM in Misnia.



D'or à l'aigle simple de sable, la langue becquè membre de gueulles, la teste cercle de mesme.

Peculiariter aquila furua, ostro linguata rostrata & crurita, & ostro item ad verticem vittata, seu diademata, in auro scuti valvulo, est nobilis tessera RECIS ROMANORVM.

Io. Jacob. Chifflet.



A d'argent à l'aigle de sable.

Alphonfus Lopez

Marcus Gilbert

Idem.

Furua iterum, sed in argentei metalli parmula, cum diademate aureo, est SANDEORVM in Hispania. Cum rostro & cruribus puniceis, est AVERLEVILLEORVM in Gallia. Cum scutario apice puniceo, ternis cruculis mutilis argenteis impresso, est VILLEANEORVM in Aremoricis.

Sed interdum ipsius area duplex, ac dissimile iubar, aquilam excipit luminis vnus.



Coupe d'or à l'aigle d'argent à l'aigle de sable lampas becquè membre de gueulles.


Cuiusmodi est aquila nigella, cum lingua rostro & cruribus coccineis, in clypeo tesserario ab latere dirempto, & supernè aureo, infernè argenteo: est autem hoc stemma genti-

nam




10. *Iacob. Chifflet* litium AVRIAE familiae, in Vrbe Genuensi.

Sæpius tamen ipsæmet aquilæ sunt dimidiæ ex colore, dimidiæ ex metallo: nunc in assi luminis areola.



*D'azur à l'aigle party de gueules & d'argent.*




*Party d'argent et de sable, à l'aigle party de l'un en l'autre.*

Vel semi-atra semi-argentea, in dextero semisse argenteo, leuo autem atro, quæ est RADENHAVSENIORVM in Brunsvigia.


*VVappenbuch, seu liber tesserar. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*

Vti aquila ab summo secta, & semi-punicea semi-argentea, in scuti alveolo cyaneo: quæ est PRESSENIORVM in Misnia,

*VVappenbuch, seu liber tesser. Gentilitiar. Imperij, ac totius Germ.*



*De gueules à l'aigle party d'or & d'azur.*



*Party de sable & d'argent à l'aigle party de l'un en l'autre.*

Vel biceps aquila, ordine præpostero, tincta colore eodem, eodem & metallo vicissim cum area: quæ est GRASSIORVM Bononiæ: supernè tamen in eius apice scutario cyaneo.

*Andreas de Ryet.*

Vel semi-aurea semi-cyanea, in conchyliata parmula: quæ est PARTZIORVM in Belgio.

10. *Iacob. Chifflet*

Nunc ita, vt scuti area alternet cum ea iubar; vti aquila eodem modo dispertita.




*Party d'azur & d'argent, à l'aigle party de l'un en l'autre.*



Vel semi-argentea, semi-cyanea,  
cum rostro & cruribus puniceis,  
in semisse dextero cyaneo, & læ-  
uo argenteo; quæ est tessera FORO-  
LIVII.

Andreas de Byer.



Party au con-  
traire.

Vel sede immutata eiusdem coloris  
ac metalli, tum in aquila, tum in  
eius alveolo, absque variatione vlla  
tamen in rostro cruribusque; quæ est  
ROMBARDIORVM Venetijs.


M. S. ex Musæis  
Romanis.



Party d'argent &  
de gueulles a l'ai-  
gle party de l'un  
ou l'autre.

Vel semi-punicea, semi-argentea, in  
dextero semisse argenteo, læuoque  
puniceo: quæ est Rauennæ familiae  
POLENTAE.

Andreas de Byer.



Party d'or &  
d'argent a l'aigle  
party de sable &  
de gueulles.

Rarior videtur bicolor aquila ita se-  
cta, nempe partim furua, partim  
punicea, cum rostro & dextero cru-  
re puniceo, crure autem sinistro au-  
reo: in scuti area, lumine vtriusque  
metalli conspicua, aureaque ad dex-  
teram, ad læuam argentea: quæ  
icon gentilitia, est ROTENHAVSENIO-  
RVM in Franconia,

VVappenbuch.




Coupe d'or &  
de gueulles a l'aigle  
coupe de l'un  
l'autre.

At in parmula ex transuerso disper-  
tita, & supernè aurea, infernè puni-  
cea, aquila in eum modum secta, &  
reciprocans iubar eiusdem coloris ac  
metalli; est VALIERORVM Venetijs.


Alphons. Ciaccon  
in Vita. & Rebr  
gestis Pontificum  
& Cardinalium

Atque





Trenché d'argent & de gueulle à l'aigle trenché de l'un en l'autre.



Escartelé de gueulles & d'azur, à l'aigle escartelé d'or & d'argent.

Atque adeo in scuti area, partitione diagonia, ab summo angulo dextero interfecta, ludit pari vicissitudine, nunc aquila semi-punicea semi-argentea, cum semisse supernè argenteo infernè puniceo; quæ est CECANIORVM in Vrbe Roma.


Andreas de Ryet.

In parmula denique quadripartita ostro & cyano, aquila biceps, quadripartita auro & argento, cum zureo diademate, inter vtraq; eius capita, est in Vrbe Roma familiæ GALGANÆ.

M. S. ex Musæis Romanis.



Trenché d'azur et d'argent à l'aigle trenché de l'un en l'autre.




Escartelé d'argēt & de gueulles à l'aigle de l'un en l'autre.

Nunc aquila semi-argentea, semi-cærulea, cum semisse supero cæruleo, imo autem argenteo; quæ est LAMPARDIORVM Venerijs.

M. S. ex Musæis Romanis.

In altera verò parmula, argento & ostro quadrifariâ diuisa, aquila reciprocas in se lumē huius vtriusq; coloris ac metalli, est RVPEORVM in Ar-

Marcus Gilbert.



D'azur à l'aigle burelé d'argent, & de gueulles.